



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Bonaventura Cardinalis. 14. Julii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

an maledictum? sunt quidam mites, sed quamdiu nihil dicitur, vel agitur, nisi pro eorum arbitrio range autem montes & fumigabunt. Perfacile est vestem contem- ptam habere, ac inclinato capite incedere, velum super ca- pillos dimittere, sed humilem patientiae ostendit injuria. S. Aug. de Servo Centurionis.

3. Justina Zenoni rosas è cœlo submisit, quibus illum in Martyrii & Coronæ societatem pertraxit. Co- ronemus nos Rosis antequam marcescant loquuntur filii hujus sæculi. Coronemus nos Spinis ut post hyemem passionis appareant rosæ, ita loquuntur sancti & for- tes Christiani. Pio & fortiora omnia adversa vertuntur in rosas.

S. BONAVENTURA CARDINALIS.

14. Julii.

*Non enim judicavi me aliquid scire
inter vos nisi Jesum Christum &
hunc Crucifixum. 1. Cor. 2.*

Contra quām hodie fieri amat, BONA- VENTURAM mater ultrò Deo & D. Fran- cisco devovit. Apud hunc pietatem doctri- na ita juvit, ut dubiam altera alteri palmam faceret, magnum testimonium Alexandri de Ales est, non peccasse Adamum in BONAVEN- TURA. Ipse D. Thomas miratus raram in vi-

C

ro

ro doctrinam, Bibliothecam suam, ut monstraret, rogavit: ille digitum in Crucifixum intendit. Tantus ad purpuram, tamen plus ipsâ purpurâ erubuit. Quid quod aliquoties indignum se putavit, quid sacro Epulo accumberet? Sed dignum esse Angeli monstrarunt, cùm felicem sportulam ad os BONAVENTURÆ ultrò portarunt. Moriturus, cùm vomitu laboraret, lateri Cibum Divinum jussit admoveri, & ecce! inde ad ipsum Corpus EUCHARISTIA penetravit. Quid jam miramur hoc (uti & caput) multis annis à morte integrum ab omni tabe repertum esse? Porrò dum vixit, Virgini unicè studiosus fuit. Itaque auctorem eum Sodalitatum inter Laiicos, quos vocant, faciunt. Certè in D. Lucam ideò libentiū lucubrationes scripsit, quod is de Virgine plura suggereret. Pulsus quoq; æris campani, quo exciti sub noctem venerabundi ter MARIAM salutamus, BONAVENTURA instituit, rectè, cum humanas linguas laudibus Virginis succumbere videbat, in auxilium vocans ferrea ora, & ferreas linguas. *Ex Vita & Tho. Bezo.*

M E D I T A T I O.

S. Bonaventura Discipulus

Crucifixi.

Hic

mon.
fixum
n plus
noties
lo ac-
nistrā.
ONĀ.
cūm
inum
n Cor
d jam
nnis à
esse?
s fuit.
r Lai-
D. Lu-
ipsit,
ilsum
stem
ONĀ-
nanas
vide-
erreas

1. **H**ic Seraphicus Doctor ex vulneribus Crucifixi mirabilem prorsus hausit scientiam, ex iis cognovit quantum Iesus esset amandus, qui tantum nos amavit, tanto amore flagrabat in Christum vel pendentem de cruce, vel delitescentem in Eucharistia, ut eus liberi etiam nunc Christi amorem insiperent. Quantum amas Iesum? quid facis pro Iesu? qui tanta pro te fecit? Viridocti! Scientia sine dilectione vanitas est, quid faceret absq; dilectione eruditio? instaret; quid absq; eruditione dilectio? erraret. S. Bernard.

2. Iesus cruci affixus docuit Bonaventuram humilitatem, amorem abjectionis, & dignitatum contemptum, hic dignitatum contemptus, potissimum eluxit, cum Cardinales ipsi optionem dedere, quem voluisset, Pontificem eligendi; poterat quidem ille se ipsum eligere, non elegit tamen. Quid egisses hac in occasione tu? qui nunquam non studes tuæ gloriæ.

3. Denique docuit eum Christus quâ ratione labores ferret, amaret, & alacriter quæreret. Adeo non Christi & s. Bonaventuræ exemplo labores quæris, ut eos quos obedientia & Christus jubet, quantum potes declines. Probat deinceps discipulum crucifixi. *Per omne quod agimus Crucifixi nos preceptoris discipulos demonstremus.* Petrus Damianus.

S. HENRICUS IMPERATOR.

15. Iulii.

C 2 Qui